



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

D. Ioannis Ivsti Lanspergii Carthvsiani, Natione Bavari, Opvscvla Spiritvalia

ab ipso Autore partim Latinè, partim Germanicè euulgata

Landsberg, Johannes Justus

Coloniae Agrippinae, 1630

Scandalum quibus modis contingat quantoperè noceat, honestas morum quosnam deceat: superbia item vt se sub zeli specie palliet. Cap. XXIII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-45857](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-45857)

Singularitas
quæ cur sit
detestabilis.

ris pretenderit deuotionis, non recipitur illud, sed ostentationis, aut singulari-
tis vitio tribuitur. Quomodo ergo in ijs q̄ necessaria s̄t facienda, si negligē-
tior inuenieris, aut quā decet tepidior, alijs scandalū præbes, ita scandalū dabis, si in
ijs quæ arbitraria sunt, singularitatem feceris notabilem. Habet enim singula-
ritas quænis hoc, quare detestabilis efficitur. Quia quando quod nemo alius fa-
cit, ipsa præsumit, eos qui à se diuersa agunt, aut contemnere, aut iudicare vide-
tur, quasi nemo rectè faciat quisquis aliter, quam ipse facit, fecerit.

*Scandalum quibus modis contingat, quantopere noceat: hone-
stas morum quosnam deceat: superbia
item vt se sub zeli specie
palliet.*

CAPVT XXIII.

Charitati
nihil præfe-
rendum

Scandalum
quanto stu-
dio cauca-

Morum ho-
nestas præ-
latis maxi-
necessaria.

NVlla sit tibi res adeo chara, quam charitati proximi præferas. Si proxi-
mus tuus scandalizatur ex re quacunq̄ quam habes, proijce ab te: aut
si petis eandem ille r̄m (præsertim si religiosus est & de proprio non vi-
uens) da illi hanc potius, quam offendas charitatem. Quid enim præciosius cha-
ritate? imò quid præciosius Deoque charius anima, quam sperni non oportet, à
Christo redempta. Num tuum commodum, tuam utilitatem v̄e illi præferes, vt
illam vulneres aut occidas, quo tuam expleas voluntatem? Tuum erit, si germa-
ne fueris Christianus, te milles potius contemnere, relinquere, & abnegare, quā
animam cuiuscunq̄ fratris tui spernere aut scandalizare. Hoc tamen intelli-
gendum est in rebus & actionibus quæ licitè possunt fieri, aut intermuti pro
charitate. Nam quæ licitè non possunt, tibi custodias animam tuam, plus quam
proximi (si vtrinq̄ nequis) necesse est. Nihil enim ad charitatem operaris pro-
ximi, quicquid egeris quo offenditur Deus. Deus enim cuius proximo, immo-
so est interuallo anteferendus.

Quoniam ex moribus homines potissimè scandalizantur externis, decet non
solum ab omni opere malo, sed etiā ab omni specie mali abstinere, vt virtu-
tum, vt studiosus, etiam morum seruet honestatem, integritatem, ac matu-
ritatem. Et quamuis ita agere cunctis sit congruum, ijs tamen qui cæteris præli-
ti sunt, aut alijs positi in exemplum, vt sunt hi qui in dignitatibus, officijs, reli-
gionisque cæteris præminent constituti, morum est maxime necessaria hont-
stas. Tu igitur maiore vigilantia, quam ante, eniti debes, ne inordinatus sis in
morum. Summopere autem caueas à dissolutione, cachinno, à verbis inhont-
stis aut impudicis, ab incontinentia linguæ, & reliquorum membrorum, à co-
rioritate audiendi noua, à leuitatibus quoque & iocis, (nisi ob charitatem in
proximo prouocandam interdum ex conscientia adiocari fuerit necessarium)
& à reliquis id genus, quæ scandalizant. Ab alijs grauioribus delictis idcirco
admoneo tibi cauendum, propterea quod ad eò sit manifestum, ab illis mundum
fore oportere eum, qui Deo placere cupit quam quod est manifestissimum.
Oserua nihilominus quantum superbia propria palliet se sub specie zeli,
quando quasi nolens admittere scandalum, turbatur, si in modico sui æstima-
tionem

tionem putauerit laesam, aut in opinione hominum post hac se fore minorem: tunc enim quasi grandi zelo (ne de se scandalum oriatur, verius autem ne despicatur seipsum excusat, propugnatque. Heu quanta dicuntur, quanta fiunt in hominibus ad sui propugnationem (quia timent de se minus quam velunt sentire) quæ putant tamen ipsi quoque iuste se quasi pro amouendo scandalo agere, cum reuera nihil ibi sit scandali, imò nihil sit aliud quam superbiæ spiritus, ambitioque, quæ non sinit, vt consentiant se non fieri maiores, aut exhonorari. Hæc itaque torquet eos, quauis (vt dixi) sub nomine zeli se palliet, ambitio.

VI
E
Superbia vti se palliet sub specie zeli.

Charitati fraternæ quænam aduersentur: canon charitatis quæ sit: pax item cum proximo quæ seruanda sit.

CAPVT XXIV.

Nillas admitte suspensiones, timoresve, aut cogitationes, quod de congregatione fratres tui tibi machinentur malum, aut quod obloquantur. Crede potius omnes ad te habere charitatem: tamen si interdum quis erga te labatur verbo, de eodem mox penititurus. Atque idem tu quoque ad omnes serua charitatem. Comperitissimum nanque est eiusmodi phantasijs (apud eos qui se persecutionem arbitrantur pati) plerunque inesse falsitatem erroremque, vnde graues oriuntur sæpenumero tentationes, grauiaque sequuntur scismata. Fratri ac proximo tuo, si quid hic ignominia dignum, aut delictum commiserit, tu ex animo cõpatere, & atq; si tu id fecisses, pro eo parè affectu assume vbi proximi tui videris defectu errorève, cui non inest delictu, nec scãdalũ alijs affert, noli tu defectum illũ insinuare alteri, nec etiã ei qui admisit: sed pro illius honestate tu si clã potes, supple aut corrige, atque tanquã proprios tuos defectus te tua ac absconde. Quod si aded graue quid foret, vt urgente conscientia eidem delinquenti foret admonitio faciendã, vel per te ipsum hoc facias, vel per alium quem libenter audit, aut certè per Prælatum, non tanquam per iudicem, sed tanquam per patrem, qui curaturus, non puniturus accedat fratri, quomodocunq; illi melius consultum videbitur: internum tamen alteri nemini eius debes ignominiam manifestare, sed pro illo orare. Si cuiuspiam defectum, confusionem aut ignominiam præseruare potes, illum si tibi videtur hoc æquanimiter accepturus præmone, ne incidat. Si verò in publico incidit, vt sit, si quis in diuino officio, aut obsequio palam errorem seu negligentiam committit, tu non accurras ad corrigendum aut supplendum illum defectum, vbi præsto fuerit is cui ex officio huiusmodi emòdare incùbit, aut alij præsentis sunt, qui ad corrigendũ proni sunt.

Suspiciones non eẽ admittendas.

Defectus proximorũ quando sint celandũ, aut ex charitate reuelandũ.

QQ 2

Nul-